

STAM. *Filamenta* plura quam viginti. Reliquis affinis in Polyandria adjungenda videtur.

107. PORTULACA. *Gen. Pl.* & ANACAMPSE- PSEROS. *Gen. Pl.*

Ex *Specieb. Pl. p. 445.* videre licet, nuper conjuncta hæc duo Genera affinia. Antea in novis Gen. demonstravi ut opinor, Portulacastrum *Spec. Pl. 446: 4.* (nifallor) esse proprium Genus & a Portulaca & ab Anacampserote sat distinctum. Hujus loci est, in medium profere observata circa Genera hæc antiqua, quum hac in Terra tres novas species Portulacæ & iidem tres vel quatuor Anacampserotidis viderim. Dn. SAUVAGES ex Portulacæ alia specie, novum condidit Genus, *Trianthema* dictum, quod, ex synonymis in *Spec. Pl.* allatis, suspicor tertiam esse speciem novam mearum Portulacarum, quæ hic copiose crescit. Verum nescius characteris Sauvagesii, memet ipsum explicare nequeo. Nec flores axillares, nec stamina quinque, nec stylus duplex meæ sunt speciei, sed synonyma ex assè ei convenire videntur. Perfecta descriptio adest in *Spec. nov. §. . .* Hic differentes fructificationes tradam.

A) PORTULACA propria.

a) PORTULACA foliis subrotundis petiolatis, floribus axillaribus solitariis.

An Portulaca curassavica procumbens; flore muscoso; capsula bifurca. *Tournef. inst. 236. Herm. par. 203. & 213. vel Trianthema.*

CAL. confr. Mscr. descr.

β) PORTULACA foliis lanceolatis planis, axillis pilosis; floribus subsessilibus terminalibus solitariis.

CAL. Mscr. descr.

γ) PORTULACA foliis lanceolatis oblongis terminalibus ternis; floribus sessilibus.

CAL. & confr. Mscr. descr.

B) ANACAMPSEROS.

δ) Anacampseros foliis oblongis planis, racemo bifido.

ε) ANACAMPSEROS confr. Mscr. descr.

Hæc carent lana ex axillis, a Portulacis in florescentia pedunculata differunt.